

~~DES ERAS~~

~~ROTEROD. COMPENDIUM~~

~~RHETORICES, AD DAMIA-~~

~~NVM A GOES, EQVITEM~~

~~LVSITANVM.~~



LOVANTII,

Ex officina Rutgeri Rescij Anno

1544. Men. August.

B

RES.  
4354  
20  
CLARISS.

ERVDITISSIMOQVE VIRO

Damiano a Goes equiti Lusitano, Guiliel-  
mus Bernatius Tiletanus S. P. D.

Q Vum discipulis meis, quos D. Ioannes Mæuius moderas-  
tor collegij Castrensis, uir, cui liberales disciplinas pro-  
uehere unice studio est, mihi erudiendos in Dialecticis tradiderat,  
Rhetoricen prælegere statuissem, Nobilissime & eruditiss. Damia-  
ne, neq; temporis breuitas in hanc artem longas institutiones patere-  
tur, quod ex more collegiorum philosophiam profitentium tantisper  
unius curæ magistri tantum committatur iuuentus, quæ philosophico  
studio destinata est, quoad Dialectices rudimentis sub eo depositis  
ad Aristotelis nunq̄ satis laudatam in philosophia doctrinam idonea  
esse iudicatur, circumspexi diligenter, quis ex omnibus scriptoribus,  
quorum de Rhetorica præceptiones excitant, potissimum huic nostro  
instituto accommodus esse posset. Occurrerent Cicero, Fabius Quin-  
tilianus, & his ipsis Aristoteles antiquior, Hermogenes, Trapezun-  
tius, & item alij. Qui ut erudite de Rhetorica, ita difficilius & pro-  
lixius scripserunt, q̄ ut rudibus proponi debeant. Nec ignorabam hoc  
nostro felicissimo seculo eximie & celebris eruditionis uiros, libellos  
edidisse, quibus hanc artem dilucide, neq; id tamen prolixè complexi  
sunt. Et certe (quod ingenue fatendum est) tales sunt horum libri, ut  
nō alij, quod ad liberales artes pertinet, scholis, in quibus tenera ætas  
eruditur, essent accommodatiores, ni parū commodis exemplis omnia  
scripta sua, quibus artes bonas optime tradunt, refererent. Quo stu-  
dio quantam rei literariæ iacturam intulerint, multorum studiosorum  
querelæ abunde testantur. Cum itaq; nec hi ob exempla nostro pro-  
posito, alioqui haud pessime seruituri, neq; illi, quod grauius prolixius  
usq; q̄ pro rudimētis scripserent, satis idonei uisi sunt ad id quod in-  
stitueramus, animus enim erat discipulis nostris q̄ potuit fieri breuissi-  
me, si non aliud, gustū saltem Rhetorices dare, commodi alicuius libel-

li penuria in totum iam a Rhetorica lectione animum meum auerte-  
 rat, & si perspiciebam, quod ex re nostrae iuuentutis esset hanc artem cum  
 Dialecticis coniungere, donec Rutgerus Rescius praeter singularem  
 in tanta eruditione modestiam & ingenij dexteritatem uir humanis-  
 simus in musaeum suum inductis nobis post multas doctorum & illu-  
 strum uirorum ad te nondum typis excusas epistolas, quas mihi be-  
 nigne spectandas exhibuit, tandem magni illius Erasmi manu descri-  
 ptum librum protulisset, in quo praeter uarias ipsius ad te literas, ta-  
 bulae quoque in artem Rhetoricam inerant, in tuum unius usum olim  
 ab eodem conscriptae. Quarum capitibus obiter perlectis, cum eam  
 uiderem breuitatem, cui miram adderet lucem tractationis ordo, tanquam  
 thesaurum reperto gestiens, incipio protinus ad editionem Resciii hor-  
 tari, ac indignum esse dicere, tam utilem & tanti authoris libellum  
 cum maximo studiosorum incommodo, hoc praesertim tempore, quo  
 nulla Rhetorices methodus scholis apta satis extat, quae tuto praele-  
 gi possit, diutius premi. Quare moneo det operam, nisi τῷ ὠδύσῃ  
 μῶρ ἐλευσθῆς ἰσὺρ candidatis iniquior uideri uelit, id abs te impetret,  
 ut libellus cum bona tua gratia in communem studiosorum utilitatem  
 excudatur, inquit ille haud egre abs te id impetrari posse, si satis ani-  
 mi tui propensionem ad honesta studia iuuanda & propaganda no-  
 uit, ut qui eruditissimus ipse, hoc tuum erga bonas disciplinas studium  
 editis tot libris abunde declarasti. Caeterum Erasmi quandam epi-  
 stolam obstare, qua huiusmodi schaedas suas edi ueruit. Scribit enim  
 non posse, nisi cum magno nominis sui dedecore id genus scripta euul-  
 gari, adeo, ut si quis inimicus sit capitalis, non possit facere ini-  
 micus. Ego uero clarissime uir sic sentio, tantum cuique gloriae de-  
 corisque ex libris in uulgus edendis, comparari, quanta utilitas illa  
 fuerit, quae hinc paritur honestarum artium studiosis, atque adeo omnem  
 nominis splendorem in euulgandis lucubrationibus τῆ καὶ ἰνῆ ὠφε-  
 λείᾳ metiendum. Non uideo proinde quo Erasmi nominis dedeco-  
 re haec tabulae in lucem exiret, cum πᾶσι φησὶ ῥητορικῆς ἀσδδαίσις

## EPISTOLA.

ex æquo sint profutura. Nam rudibus fidelis diligentisq; præcepto  
 ris opera adiutis quantam utilitatem afferent, non dicam. Reliquis  
 certe, qui utcunq; iam ex longis & prolixis præceptionibus hanc ar  
 tem didicere, nullus opinor non fatebitur esse utiles, nisi fortasse  
 non intelligit quanti referat artis alicuius summa capita ex immen  
 sa præceptionum multitudine tanq̃ in tabula descripta esse ei, qui  
 prompte studeret eam memoria complecti. At quod vere liceat dice  
 re ridiculum foret existimare uulgo studiosorum id utile non esse,  
 quod tantus uir tibi iam tum humanioribus literis ita perpolito, ut  
 accepimus, profuturum iudicabat. Ne igitur id commodi, quicquid  
 est (est enim non exiguum) publice diutius desideretur, curauimus  
 Rescio benigne adiuuante, quod magni illius Erasmi pace tuog; per  
 missu fiat, has tabulas in communem omnium utilitatem formulis ex  
 cudi, ut quæ priuatis tuis studijs hæctenus fuerant dedicatæ, nunc  
 omnium studijs publice consecrentur. Quod cum omnibus  
 bono commodoq; futurum sit hoc tam ingenti benefi  
 cio quicunq; Rhetorices cognitionem expetunt,  
 meritissimo in perpetuum tibi astrictos  
 habebis. Vale Louanij ex Colles  
 gio Castrensi Anno 1544  
 sexto Id. August.

# DES · ERAS ·

ROTEROD. COMPEN.

DIVM RHE TORICES.

Ars.

Artifex.

Opus.

Artis ma  
teria

Genus iudiciale, siue forense.

Genus deliberatiuum, siue suaserium.

Genus demōstratiuū, siue laudatoriū.

Inuentio rerum

Dispositio, i. ordo

Natura

Artificis  
officia.

Eloquutio

Facultas Arte

Memoria

paratur Imitatiōe

Pronuntiatio siue

& usu.

actio.

Exordium, parat auditorem.

Narratio, exponit causam.

Diuisio, ostendit statum causæ, &

promittit & c.

Confirmatio.

Confutatio.

Conclusio siue peroratio.

Exordium

Principium

Rectum

Insinuatio

Obliqua.

Ex

COMPENDIUM

Exordium agit Beneuolus, ut faueat.  
 ut auditor sit Attentus, in minutis,  
 Docilis in difficilibus.

Exordium uitiosum, commune, alienum, uulgare,  
 prolixum, concitatum, uerbosum, & c.

Optimum, quod ex causæ uisceribus sumitur.

Narratio. Expositio.

Breuis, dilucida, uerisimilis, apposita ad causam.  
 Hæc non argumentatur, sed habet argumentorum  
 inspersa semina.

Diuisio limen est argumentationis.

Ea duas interdum habet partes. In priore ostendit  
 statum & caput causæ. In secunda promittit, quot  
 partes & quo ordine sit dicturus, aut summam  
 ostendit, quibus de rebus sit dicturus, si illud non  
 est commodum.

Status.

Constitutio siue status, est caput totius controuer-  
 siæ, quod in primis inueniendum est oratori, ne in  
 argumentando dicat aliena, aut inutilia, aut etiam  
 nocentia. Iugulum oportet petere.

An uenenum  
 Coniecturalis siue inficialis datum sit.

Legitima, quæ non conuenit tum.  
 An ab hoc da-

Constitutio desententia legis aut scripti.

Iuridicialis siue qualitatis, occidit, sed iure.  
 Ex contrarijs legibus. Legum collisio. Eadem  
 sibi colliditur. Qui duas rapuit.

Ex

R H E T O R I C E S .

Ex ambiguo

Ex definitione, Furtū fatetur, sacrilegium

Coniectura negat.

Ex trāslatione, quum mutatur actor, iudex, locus, aut tempus &c. Ratiocinatio.

Qualitas Status duplex. Status ambulās.

Comparatio,

Iudicium Ratio, Firmamentum continens Iudicium, Orestes.

Argumentatio siue probatio.

Præiudicia.

Rumores.

Inartificialis, que ex causa petitur

Tormenta.

Tabulæ.

Artificialis, quam orator ex se gignit.

Iusiurandum

Testes.

Oracula.

Signa.

Artificialis Argumenta.

Exempla

Necessaria non egent alia probatione.

Signa sub oculos ueniūt pene ἀτεχνά.

Non necessaria, quæ adiuncta alijs ualent. Erat inimicus, minatus est &c.

Hæc colliguntur a tribus temporibus, Peperit, igitur cum uiro concubuit. Expalluit interrogatus, tubanter loquutus est.

Argumentum est ratio, rei dubiæ faciens fidem.

Consilio senum magis obtemperandum, quia multo rerum usu sapiunt,

Consi:

# COMPENDIUM

	Causa	
	Tempus	
Rerum	Locus	
	Occasio	
Coniectur-	Instrumentum.	
valia ducū	Modus	
tur a circū		
stantijs.	Genus	Habitus corpo-
	Natio	ris
	Patria	Fortuna
Personarū	Sexus	Conditio
	Aetas	Animi natura.
	Educatio	Studia
		Affectatio
An uoluerit		Ante acta
an potuerit		Commotio
an fecerit.		Consilium
		Nomen.

An sit  
 Quid sit  
 Quale sit.

## Loci Argumentorum.

- 1 Definitio, descriptio, & etymologia.
  - 2 Genus, Virtus.
  - 3 Species, Iustitia.
  - 4 Proprium, Sermo in homine.
  - 5 Differentia, Rationale.
  - 6 Diuisio, Partitio. Reip. formæ 4.
- Reip. partes, Senat<sup>9</sup>, Ordo equestris & Populus.  
 Totum



RHETORICES.

7 Totum falsum, aut unum confirmatur &c. *Quintil. lib. 5. cap. 10.*  
Dilemma, ut propositis duobus utrūq; retorquetur in aduersarium.

Antistrophon & *Βίαιου* telum retortum. *A. Gell. lib. 5. r. 1.*  
Simile. Dissimile. Inductio insidiosa. *lib. 9. r. 1.*

Contraria, sapiens, stultus.

Priuatua, cæcus, uidens.

8 Repugnantia Contradictoria, doctus, nō doctus.  
Relatiua, pater, filius, locator, cōductor.

9 Consequentia, Qui læsit sciens, non erat amicus. *Quintil. si iustitia est boni, recte iudicabit. si male perfidiam, non fallendum.*

Causæ

10 Effecta si gloriam petis, expecta inuidiã

11 Euēta, Vicit, meliorē igitur causam habuit.

12 Autoritas.

Exempla.

Minimū differunt a similibus. Sumuntur a factis cum autoritate. Ut umbra non est nisi sis in lumine, ita inuidia abest, si sis inglorius. Simile est Multa reuerentia debetur uirginibus, quia Flaminius senatu motus est, quod uxorem fulmine ter-  
ritam complexus sit, præsente filia. Exemplum  
Tractantur eodem modo quo similia.

A pari, a minore, a maiore.

Fictio locum habet in omnibus.

B Genus

*Quintil. Lingere est opponere aliqd, quod  
sibi non sit, aut soluit. questio enim aut  
admiratio ut apud T. Lucian: dicitur in  
Amicitia boni / ut si hoc tibi inier coena  
p. 22/*

## COMPENDIUM

Genus deliberatiuum, siue iuratorium.  
 Quid sit de quo deliberatur.  
**Tria spectanda**      Qui sint qui deliberant.  
                                     Quis sit qui suadet.  
                                     An fieri possit

Item                      An fieri debeat.

### Partes in deliberando.

- 1 Rectum per se. Hic sunt oēs species uirtutū
  - 2 Honestum siue laudabile, ad famā quę sæpe  
magis mouet q̄ ipsa uirtus. Sic & infamia.
  - 3 Utile in commodis alijs situm est.
  - 4 Necessarium.
  - 5 Possibile.                      Comparatio utrum uti-
  - 6 Facile.                              lius aut honestius.
  - 7 Tutum.
  - 8 Iucundum.                      Decorum.
- Factum      Exules ingressi pomeria libera-  
 runt ciuitatem obsidione.

Contrarijs utimur in dissuadendo.  
 Arte sunt exaggeranda commoda. Incom-  
 moda attenuanda. In dissuadendo contra.

### Propositionum gradus.

**Cōiectura**      Non hoc agit Antonius ut Ciceronem  
 seruet, sed ut totum extinguat, exustis  
 Philippicis.  
 Et si ex animo desert conditionem, tur  
**Ab honesto**      pe est Ciceroni Antonio debere uitam,  
 præsertim iam exactam.

Compa

RHETORICES.

**Comparatio** Et si iuuenis esses, non esset uita la-  
ctura famæ redimenda. Vita enim  
corporis breuis est. Fama, quæ ue-  
ra est hominis uita, perennis.

**Impossibile** Vt hæc contemnas, non poteris fere-  
re dominum Antoniũ, Tædio spon-  
te migrabis e uita.

Aliud exemplum.

Non expedit ducere uxorem.

Et si expedit, non expedit philosopho.

Etsi expediret, non expedit Socrati.

Aut non conuenit hac ætate.

Et si ætas non dissuaderet, nec aliud quicquid,  
certe hæc uxor ducenda non est.

De genere laudatorio.

Bona externa.

Bona corporis.

Bona animi.

<b>Externa</b>	Patria,	Genus,
	Opes,	Honores,
	Edificia	Vxor, Liberi &c.

<b>Corporis</b>	Aetas,	Forma,
	Dignitas,	Vires,
	Salubritas,	Vocalitas,
	Plectrum articulatum &c.	

<b>Animi</b>	Docilitas,	Ingenij dexteritas	
	Memoria fidelis,	Sanitas,	
	Pietas.	Fortitudo,	Prud-
	dentia,	Moderatio,	Iusti-
	cia,	Comitas, &c.	

B ij

Exters

Externa quoniam ad laudem proprie non pertinent, arte huc sunt accommodanda. Si patriam illustrem, sua uirtute reddidit illustriorem, aut obscuram reddidit claram. Idem dicendum de genere. Si opes sine fraude parauit, aut a maioribus acceptis, aut a fortuna sponte oblati bene usus. Si diuitiæ & honores illum nec corruperunt nec reddiderunt insolentem. Si uxorem elegit & comiter habuit. Si filios sancte educauit. Si patriæ felix est magis quæ sibi.

Idem faciendum in bonis corporis. In adolescente sobrietas, in formoso pudicitia. Si dignitas, animi grauitas in uultu relucet. Vires & salubritatem corporis, parit & auget industria, ac uite sobrietas.

Bona animi per omnis ætatis gradus tractanda sunt. Quid puer, quid adolescens, quid iuuenis, quid uir, quid senex gesserit. Qualis in patriam, in parentes, in uxorem, in liberos, in amicos, in ciues, & hostes.

Vt in uituperando uirtutes in proxima uitia deprauamus, ita in laudando uitia extenuamus, uirtutum nomine donantes, parsimoniam, frugalitatem appellantes, sequitiam seueritatem, astutiam prudentiam &c.

Est laudandi genus per comparisonem, ueluti quum quem laudamus, cum aliquo omnium iudicio laudatissimo conferimus, aut cum pluribus, & eum uel parem uel superiorem ostendimus, ueluti si quis Carolum Casarem componat cum Alexandro Magno.

## Loci communes.

Quum uirtutem aliquã attollimus, aut uitium exaggeramus ad causæ nostræ commodum. Veluti si quem laudes a studio philosophiæ, locus communis erit, quãtam utilitatem adferat hominibus philosophiæ cognitio.

Sententiæ, quasi lumina oratiõis admiscenda. Variæ sunt.

Simplex. Nihil tam populare quã bonitas.

Ratione subiecta. In omni certamine, qui opulentiore est, etiam si accipit iniuriam, tamen facere uidetur.

Duplex. Ut, Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Ex diuersis. Mors misera non est, aditus ad mortem miser est.

Recta. Tam deest auaro quod habet, quã quod non habet.

Figurata. Vt scilicet ad eone mori miserum est?

Translata ad personam. Seruare potui, perdere an possim rogas?

Epiphonema, additur rei narratæ aut probatæ, Noema, non exprimitur, sed intelligitur. Eras dignus qui manum haberes integram.

Ex inopinato, quis te permisit sic timere?

Ex contrarijs. Habeo quem fugiam, quem sequar non habeo.

Item, Miser, quum loqui nesciret, tacere non poterat.

Amplificatio

## C O M P E N D I U M

Amplificandi rationes ac minueñdi.

Ex mutatione nominis , ut si pro caſo , occiſum dicas . ſi pro improbo , latronem . Contra qui pulſauit , attigiſſe .

Ex collatione addita . Non furem , ſed raptorem . non adulterum , ſed expugnatorem pudicitie . non ſacrilegum , ſed hoſtem ſacrorum religionũq; . non ſicarium , ſed crudeliſſimum carnificem ciuiũ , ſociorumq; in ueſtrum iudicium adducimus .

Ab incremento , quum ceu per gradus peruenitur ad ſummum , aut quodammodo ultra ſummum . Facinus eſt uincire ciuem Romanũ , ſcelus uerberare , parricidium necare . Quid dicam in crucem tollere ?

Ex comparatione per fictionem , quum auctis leuioribus , creſcit quod intendimus . Si hoc tibi inter cœnã accidiſſet , quis non turpe duceret ? In cœtu uero populi Romani negotium publicum gerens , magiſter equitum .

Fit & ſine fictione .

Ex ratiocinatione , quum ex quibuſdam adiũctis quæ uidentur aliena , colligitur quantum ſit hoc quod intendimus . Tu iſtis faucibus , iſtis lateribus , iſta gladiatoria totius corporis firmitate , tãtum uini exhauſeras in Hippia nuptijs , ut poſtri die in cõſpectu populi Romani cogereris uomere .

Congeries , quum rem eandem alijs atq; alijs uerbis inculcamus . Aderat ianitor carceris , carniſex prætoris , mors terrorq; ſociorum & ciuium Romanorum , lictor Sextius .

## Locupletatio.

Ad copiam faciunt, uarietas propositio-  
 rum, rationum, confirmationum, similium, dissimilium,  
 Exemplorum, quorum aliqua uetusta sunt, alia re-  
 centiora, quædam poetica, &c.

Accedunt prouerbia, sententiæ uariæ, apophtheg-  
 mata, apologi, dicta celebrium autorum &c.

## Schemata.

Quædam schemata faciunt ad iucunditatem  
 orationis, quædam ad uehementiam, quædam ad  
 perspicuitatem & euidentiã. In quibus omni-  
 bus regnat metaphora, cum sibi cognatis schema-  
 tibus, hoc est collatione, effictione, imagine, &c.

*ἡ ἑξήκοντα ἑξήκοντα*

Mores &

*De quibus Quintil.*

Supersunt affectus

*lib. 6. cap. 3.*

Commotiones.

F I N I S .

RES.  
 4354 1

